

- 12 *Ultimò d' superest, vt examinemus; An contractus locacionis de re Ecclesie factus ultra tempus permiffum, vnico tamen pretio pro omnibus annis simul constituto, an in totum vitietur, nec ne? In qua questione communis sententia DD. habet, in ea specie contractum in totum vititari, quia ex vnico pretij assignatione contrahentes id sensisse videntur, vt non, nisi pro toto tempore contractus alere debeat; vnica enim pactio est, quæ commodam temporis diuisionem non patitur: quod expressissime decidit Bald. conf. 475. lib. 1. quem sequitur Tiraquel. lib. 1. de re tractu, §. 25. gloss. 1. n. 10. quam sententiam dixit veriorum & magis communem Alexand. d. conf. 143. num. 4. & 7. eamque expresse probat D. Coust. vbi supra, d. num. 5. vers. ex his etiam, vbi quod eadem ratione idem dicendum erit in locacione de re Ecclesie facta, erit namque nulla omnino, neque pro tribus annis aut eius temporis, pro quo iure fieri poterat, sustinebitur, quia est vnica ex mente contrahentium & indiuidua locatio, in qua non potest separatio congrua fieri eius temporis quod permiffum est ab eo, in quo excessus adest: quod veriffimum puto, vt prædixi, & placet quoque Mol. vbi supra, d. num. 28. in fin. non ea ratione solum, sed ex eo etiam, quod diuersa contractus species à locacione ad modicum tempus fit.*
- 13 *Sed aduersus prædictam sententiam, quæ habet, quod locacione de re Ecclesie facta ultra tempus permiffum, vnico pretio pro omnibus annis simul constituto, vitietur omnino in totum, tenet Iul. Clar. vbi supra verb. emphyteusis, q. 6. e. nempere tempus, quod possit pretium pro rata in singulos annos distribui, sicque commodam diuisionem in hunc sensum huiusmodi locatio patitur: cuius sententia contra communem placet D. Molin. vbi supra, d. n. 28. vers. & quamuis, nisi ex his, quæ dicta sunt seu similibus constaret, locantem, non nisi pro omni tempore locacionis, rem localem seu maiores fructus rem ipsam quibuscumq. annis, quam aliis solitam esse producere: vel aliter contrahentium interfert, non nisi pro omni tempore, non autem pro minoribus contractum valere; quo casu, inquit ille; contractus in totum vitabitur, non tamen ex eo, quod vnico pretio facta fuerit locatio, sed quia ex rationibus prædictis contrahentes videntur locacionem, habito respectu ad omne tempus, per quod fuit facta, non autem ad singulos annos, eam fecisse. Sed quamuis hæc opinio probabilis videatur, mihi magis placet communis prædicta limitatio, eamque in praxi sequendam esse existimo, eritque indubia, si ex prædictis constiterit, contrahentes non aliter contracturos; tamen adhuc existimem ex prædicta pactioe vnico pretij, siue vnica pensionis constitutione pro toto tempore locacionis, satis ostendi, mentem contrahentium absque aliis coniecturis eam esse, vt contractus indiuiduus sit ac proinde in totum vitietur.*
- 1 *Primo ratio, quare primogenia licita sunt & permiffa est propter bonum publicum.*
- 2 *Interest Reipub. Illustres habere familias, earumque patrimonium conferuari, &c.*
- 3 *Domus magnatum sunt veluti ossa firmissima totius corporis Reipub. vt hic late ostenditur.*
- 4 *Primogenia etsi iure natura repugnant videntur, cedunt tamen in decorem & emolumentum Reipublice, vt hic.*
- 5 *Secunda ratio, quare primogenia sunt licita, est, quoniam bonorum diuisione patrimonium maxime extenuantur.*
- 6 *Maioratus constitutio fit, vt bona vnica conseruentur in personis primogenitorum.*
- 7 *Tertiaratio est, quoniam ex hac maioratum institutione nobilitas & familiarum dignitas sustinetur, quod maxime interest Reipublice, & in num. 9.*
- 8 *Quarta ratio est, vt nomen & memoria nobilitatis, quibus maioratus constituntur, conseruentur, plerumque enim condicione fiunt, vt successores nomen & arma conditorum seruent.*
- 9 *Arma & insignia, quæ in maioratum creatione impendantur, Reipublice vtilia sunt, vt hic.*
- 10 *Conditio maioratus, ut possessor eiusdem nomen & arma conditoris seruet & in tumulo fundatoris sepeliat, ad vniuem obseruanda est, alioquin maioratus erit priuandus.*
- 11 *Quinta ratio est, quando maioratus fit de oppidi, quorum iurisdictio & gubernatio ad constituentem pertinet, quia per vnicum dominum castra & iurisditiones rectius & tutius gubernantur, & propter discordiam, qui facile erit inter plures.*
- 12 *Alia plures cause instituti primogenia reddi possunt, vt hic remissive.*
- 13 *Verarum cognitio à causis prioribus derivatur, & rectè eam rem scimus, quam ex prioribus causis cognoscimus.*
- 14 *Maioratum Hispanorum originem quodammodo derivationem ab instituto diuino duxisse, vt hic late probatur.*
- 15 *Maioratus Hispani non modicam habent ab instituto diuino derivationem, & processerunt à legibus & institutis Hebræorum.*
- 16 *Primogenia nostri temporis nihilominus à legis veteris primogeniis dissimilia sunt.*
- 17 *Iure etiam diuino femina excludebatur admissis masculis, pro conseruatione familiarum.*
- 18 *Ius primogeniture simpliciter sumptum à iure naturali, quod natura omnia animantia dedit, etiam originem ducit.*
- 19 *Primogenia iure etiam gentium non modicum principium duxerunt.*
- 20 *Non est vera distinctio communis iuris gentium primæ & secundariæ.*
- 21 *Primogenia à iure quoque civili originem ducunt: Nam etsi facultas testandi à iure gentium processerit, id tamen verum est inuentione: forma autem & solemnitate atque approbatione à iure civili prouenit.*
- 22 *Primogenia originem etiam ducunt à lege Canonica, & etiam consuetudinaria.*
- 23 *Primogenia Hispanorum secundario & certius ab ipso Hispania Regno, tanquam à capite, eiusque succedendi ordine derivantur, propriamque ac veriffimam originem trahunt.*
- 24 *Quoties in maioratus successione dubitatio incidit, interpretatio accipienda est à Regni successione.*
- 25 *Iura nullum inducunt, nec cogunt ad faciendum maioratum vel meliorationem, sed tantum id permittunt, concedunt atque indulgent, ob bonum publicum.*

SVMMARIVM.

- 1 *Primogenia in Hispania an iure institui possint in conscientia, tam facultate Regia, quam legis Regie tertij & quinti bonorum? & numeris seqq. præcipue num. 8. vbi opinio affirmatiua probatur, dummodo ceteri filij alimentis saltem competentibus non defraudentur, vt in num. 29.*

- 30 *Maioratus ac vinculum quinti bonorum, aut tertij, vel tertij & quinti, in vtroque foro liciti sunt, etiam si fiat in fauorem consanguineorum, vel aliorum deficientibus descendibus & ascendibus, vt in num. 31. Idem in maioratu vel vinculo de 3. parte bonorum facto ab eo, qui ascendentes, non verò descendentes legitimos habet vt in num. 32. Idem in maioratu facto de omnibus bonis in persona filij naturalis, deficientibus descendibus legitimis, quamuis, ascendentes adfir, vt in num. 33.*
- 31 *Mater potest facere maioratum in filium spurium, deficientibus aliis legitimis & naturalibus.*
- 32 *Lex humana, tam civilis quam canonica, ob bonum commune lata, etiam in foro conscientia seruanda erit.*
- 33 *Qui legis humane auctoritate aliquid facit, non peccat, nisi ea lex diuina contraria sit.*
- 34 *Maioratus omnium bonorum absque Regie facultate fieri non potest, nisi ceteri filij, expresse cum iuramento eidem consentiant.*
- 35 *Maioratus ex omnibus bonis cum licentia Regia à parentibus factus non relictis ceteris filiis alimentis competentibus, siue eadem facultas hoc præceperit, vel non, in æuero foro non est securus: non tamen erit nullus, sed potius sustinebitur, assignatis ceteris filiis alimentis competentibus, vt in num. 39.*
- 36 *Facultas Regia ad faciendum maioratum, de omnibus bonis alicui concessa, conditione adiecta, vt ceteris filiis alimenta competentia relinquatur, est iustissima, & in foro conscientia tua respectu omnium ea forma seruata.*
- 37 *Facultas Regia ad faciendum maioratum de omnibus bonis concessa ei, qui quamuis non habeat descendentes legitimos, habet tamen ascendentes huiusmodi, an valeat? & num. seqq.*
- 38 *Legitima ascendendum, lege, consuetudine, rescripto, seu etiam statuto, non solum minus, sed etiam omnino tolli potest.*
- 39 *Maioratus factus cum facultate Regia in fauorem descendendum, vel ascendendum, in quo grauamen in legitima debita apponitur virtute eiusdem facultatis, iustu & in foro conscientia vnus est: si vero absque facultate Regia id fiat, sed cum permiffione legis, valebit etiam cum prædicto grauamine, cum consensu legitimo eiusdem meliorati & grauati: & numero 44. quid quando deficit prædictus consensus.*
- 40 *De natura primogenitorum est, vt ipsa de primogenio in primogenium transeant.*
- 41 *In maioratus successione linea recta debet semper succedi, vt nec successio retrocedat, nec de vna linea ad aliam transiatur fiat.*
- 42 *Recta linea non ex omnibus qui ab instituyente, seu potius maioratus possessore descendunt, sed ex ipsi primogenitis, qui gradatim procreantur, tantummodo constituntur, vt inter filios, nepotes, & pronepotes, ceterosque descendentes primogeniti tantum lineam rectam efficiant, & successiue admittantur.*
- 43 *Linea ultimi possessoris consideranda primus est, vt illi, qui ex ea procedunt, ceteris præferantur: nec transitus ad alias lineas, donec ex ea descendentes finiantur. Secundo considerandus est gradus. Tertio sexus. Quarto etas, vt latius num. 49. declaratur, & etiam num. 50.*
- 44 *Finita linea primogeniti maioris, statim succedit secundogenitus, eiusque linea & descendencia, & postea similiter tertigenitus.*

- 51 *Filius primogenitus efficit primum caput in linea descendendum, & filius secundogenitus secundum, ac tertius tertium, vt hoc ordine ad maioratus successione admittantur.*
- 52 *Filius secundogenitus nunquam dicitur primogenitus, dum aliquis filius vel descendens à primogenito superest.*
- 53 *Exiuncta linea recta descendendum ad lineam primogeniti collateralium maioratus successio pertinere debet: & quomodo primogenitiua inter collaterales considerari debeat.*
- 54 *Quilibet fiarum constituit propriam lineam, & alter de alterius linea non dicitur.*
- 55 *Finita vna linea in successione maioratus, non consideramus personam proximorem, sed lineam proximorem, & in dict. linea semper querimus primogenitum.*
- 56 *Primogenitus dicitur, qui descendit per ipsam lineam rectam ex primogenito.*
- 57 *Lex 2. tit. 15. part. 2. quamuis loquitur in successione Regni, seruanda quoque erit in successione alterius cuiuscunque maioratus particularis Hispanie, & num. 59. & 62.*
- 58 *Nepos ex filio maiori præmortuo præfertur filio secundogenito secundam communem obseruantiam in Hispania: quod procedit etiam in maioratibus arce dict. l. Parita instituit, vt in num. 61. Sola consuetudo ius succedendi tribuit.*

CAPVT XIV.

An iure institui possint primogenia, deque eorum natura & successione.

Requens est illa questio; An primogenia in Hispania iure institui possint, tam facultate speciali Regia, quam ex illa generali legibus huius Regni parentibus respectu tertij & quinti omnium bonorum suorum concessa, plurima enim sunt, quæ animum institutorum turbare possent, nisi hæc questio à suis principiis traheretur?

In primis enim videntur constitutiones & consuetudines maioratum veluti accultrices nature esse: textus vulgatis in l. maximum vitiium, Cod. de liberis præteritis vel exheredatis, & in l. 1. ge duodecim tabularum, ff. de legitimis hereditibus.

Secundò, quod in conscientia constitutiones maioratum securæ non sint, vel ex eo suaderi potest, quod in eis instituentis violetur illa æqualitas, quam iura naturalia legesque civiles inter fratres præcipue obseruari voluerunt, vt filio quasi totum patrimonium assignando, ceteris autem minimam eius portionem relinquendo: & quod sit contra ius commune, late probat Tiraquel. de iure primog. quæst. 4. art. 1. cum seqq. vsque ad 11.

His accedit, quod femina plerumque ab horum primogenitorum successione aduersus naturalem etiam æquitatem excluduntur: inuitaque ac renitentes in monasteria detruduntur, pluraque alia in cæterorum filiorum præiudicium passim inueniuntur, quia in horum primogenitorum successione non melior, sed maior natu ceteris filiis præferri solet, & ad instituendos opulentiores maioratus homines per fas & nefas ad amplissima patrimonium acquirenda allicuntur, in cilsæpe plura disponunt, quæ potius Gentilitatis, quam Christianæ religionis speciem præ se ferunt, memoriam suæ familiaris magna sollicitudine perpetuam efficere desiderantes, ad nominis infigniorumque delationem successores obligantes; bonorum aliena

alienationem pluribus, vinculis prohibentes, pluraque alia à vitis Chriftianis aliena disponentes, & vnam in eis; quæ Dei sunt, & ad propriam spirituales salutem spectant, non minorem curam ac diligentiam adhiberent.

Tertio, quia cum Paulus dicat: *Filius, ergo heres, videtur profecto eius repugnare sententia hereditatem à cæteris filiis auferre absque eorum culpa, vt vni soli relinquatur: Quid enim demeriti sunt cæteri filij, quod primogeniti non sunt? an non sunt filij sicut & maiores? vel forsitan eos natura abhorret, quod parentes eos contempunt? vel non ita agent, sicut primiti* Femina præterea maior cur masculo preponitur: non ne ex hoc natura ipsa increpatur, quod prius feminam quam masculum generauerit atque in lucem proiecirit? Quare iam mirari desine, quod cæteri filij Iacob ægre tulerint Ioseph fratrem suum fuisse tunicam à patre donatum Gen. 37. Qua de re agens D. Ambrosius lib. de Ioseph Patriarcha, c. 2. inquit: *Iurgat aequalis gratia, quos iungit aequalis natura: Incrui pietas nescit pecunia, in quo pietatis dispendium est. Quid miraris, si propter fundum aut domum oriuntur inter fratres iurgia, quando propter tunicam inter Iacob sancti filios exarsit invidia?*

Ex supradictis igitur probari videtur, huiusmodi primogenia iuste institui non posse, vt tenuit Cynus in leg. rescripta, 3. quest. Cod. de precib. Imperat. offerend. dicens, primogenitum, qui secundum consuetudinem Angliæ præcipuum habet paternum patrimonium, non satis tutum esse in foro conscientia nisi veritque fratrum partem æquo iure illi obtingentem restituar: idem Cynus in l. Barbarius Philippum, col. 1. ff. de officio prætoris, post Petrum de Bellaper. in §. fin. Instit. de iure naturali, gent. & civil. & Lucas de Penna in l. quicumque, col. 1. Cod. de Principibus agent. in rebus, lib. 11. dicens, huiusmodi fideicommissa perpetua quæ iure primogenituræ deferuntur, odij plenissima esse, cum depriment secundogenitos quos sicut & primogenitum natura creauit, Ias. etiam in §. sed ista quidem, numer. 124. Instit. de actio. & Ioan. Lizier. de primog. lib. 2. quest. 15. vbi latissime de hac re agit: Eiusdem sententia fuit D. Simanc. qui hos pluresque alios primogenitum abusus recensuit de cathol. instit. cap. 9. numer. 126. cum seqq. provt refertur ab alijs, secundum autem meam impressionem, quæ est nouissima, hoc sentit numer. 269. cum seqq. vbi dicunt concludere, ead. primogenia non aliter sibi iusta videri, quam si ad aliquem honestum finem diriganur, piisque operibus temperentur, atque sine alterius iniuria fiant, & ea principijs iure naturæ aduersari, nimisque Reipublicæ damnosa esse, asserit Mench. de success. creat. in prof. lib. 1. n. 24. & in l. si quis in suo, C. de inoffic. testam. num. 26. cum seqq.

Rursus, quod si huiusmodi primogenia, siue à reatoribus instituta, siue consuetudine recepta sint, iure optimo in vtroque foro, tam exteriori, quam interiori animæ consistant, plures sunt rationes; Quam prima & præcipua est propter bonum publicum, quia interest Reipubl. illustres habere familias, earumque & patrimonium conseruari, vt viri optimates ac proceres Rempubl. ipsam tueantur, belloque ac pace Regib. deseruiant & ideo oportet hos maioratus, veluti columnas quasdam Reip. subditis, quo possint priuatis opibus potentes illam defendere ab insidelium manib. atque hereticorum perfidia domus fidei gnatum veluti ossa firmissima totius & corporis Reip. quib. tempore belli ipsa maxime innititur, vt si primogenitus ipse totius familie robur ac præsidium & refugium & fratres inopes alere, foretisque egentes dotare altricius sit tam in conscientia, quam in iustitia

vt ex alijs docet in proposito D. Siman. lib. 1. de primog. Hist. c. 21. D. Ant. de Padill. in rub. C. de fideic. n. 4. vers. ult. & D. Mol. latè lib. 2. de Hist. primog. c. 15. n. 58. & 59. & iterum in annotat. ad eum locum, annotatione 14. & tandem, vt alia quam plura onera in propriæ familie deus ac honorem libere debeat: quod citra bonorum colligationem fieri non potest, & vt inquit Domin. à Sot. lib. 4. de inst. & iur. quest. 15. art. 1. ad 2. est primogenia iuri naturæ repugnare & videantur propterea, quod omnes liberi eorundem parentum æqua sorte nascantur, ac petinde æquo iure nutriti atque educari debeant: tamen id non solum in decorem Reipublicæ verum & in eius emolumentum & firmamentum cedit: Non ergo arbitrentur magnates, ipsorum causa maioratus esse institutos, scil. vt eorum profapia perpetuo duret, sed in bonum Reip. Expedit namque, vt eius commune corpus ossa habeat & nervos, quib. fulciatur, ob idque decretum est, vt namque Reip. robora, aliqua persisterent illustres domus, tum vt à consilijs essent, tum etiam vt tempore belli eius essent sustentacula, similis namque est agriculturalum prudentia, qui arbori & vi minoros ramunculos circumquaque amputant, vt præcipuum germen in truncum exerceat: & quamuis reuera hoc interesse Reipublicæ, quod versatur ex institutione maioratum, sit secundarium, non vero præcipuum, sunt namque præcipue ad utilitatem vocabitorum, secundario vero in fauorem Reip. propter præd. vt bene probat Pelæz de maiorat. 1. p. q. 27. n. 4. at tamen ille fauor Reipublicæ quamuis secundario proueniat, sufficit ad iustificandos maioratus, vt licite permittantur, vt omnes hac de re agentes id probant.

Secunda ratio est, quoniam bonorum diuisione & patrimonium maxime extenuantur atque exinaniantur: argu. text. in cap. tua & in cap. maioribus, de prob. l. in plures, ff. de excoctio. act. interest autem Reipublicæ, vel maxime habere subditos locupletes, vt in auct. vt iudices sine quoquo suffragio, §. 1. vers. considerauimus, col. lat. 2. text. in §. fin. Instit. de his qui sunt sui vel alieni, iur. sic ac munera & honores eligi oportet viros rerum facultate præstantes, l. eos qui venisilia, ff. de decurionib. l. ad subeunda, C. de decurionibus, lib. 10. & vt inquit D. Bernardus, quem refert Abb. in cap. licet, de voto, col. 2. vers. in gloss. 3. prope finem, melior est filiorum dispositio, quam diuisio hereditatis: constituto enim si maioratu sit, vt bona vna conferuntur in personis primogenitorum, secund. Socin. conf. 47. falli, num. 6. lib. 3. late tradit Tiraq. in tract. de primog. q. 4. nota. 13. Pelæz de maiorat. 1. part. quest. 1. num. 9. vbi refert in hac bonam leg. 10. tit. 29. p. 2. ibi: *De los senorios mayores, por que no menguassen, ni se desficiessen del todo, & inquit Guillelm. à Monsfer. in tract. de success. Reg. Franc. vol. 13. super. 1. dubio n. 25. & 26. quod talia iura primogenituræ acquisita, sunt indiuisibilia: præ maxime, propter primogeniti honorem & eiusdem domus conseruandam prerogatiuam, quæ melius ampliori & pinguiore familia, & bonorum potentia, quam tenui & exili patrimonio conseruantur, & per que viri nobiles inueniunt uxores nobiliores, per quas eorum generis nobilitas crescit.*

Tertia ratio si considerari potest; Quoniam ex hac maioratum institutione nobilitas & familiarum dignitas sustinetur: quod maxime interest Reipubl. vt in l. 1. vers. publicè ff. de ventre inspiciedo, quam rationem locupletauit Siman. lib. 1. de primog. Hist. cap. 17. & post eum D. Anton. de Padil. in rub. num. 4. C. de fideic. vbi quod in hoc clarissimo Castellæ principatu illustres familia penitus interierunt, vt nec vestigium quidem earum appareat, propter maiorum paupertatem, quæ quidem indemnes in suo splendore ad præsentem

vsque diem perfeuerassent, si eorum antecessoribus cura fuisset, bona aliqua perpetuo fideicommissio colligata, genus & namque & familia per maioratus conseruantur, vt in l. 1. §. quamuis, ff. de ventre inspiciedo notant Cyn. & alij in l. 1. C. de adult. & plures allegans Pelæz vbi sup. 1. p. q. 1. n. 9. est bona l. 44. tit. 5. p. 5. ibi: *Mas que sin que siempre ami hijo y mi heredero, por que sea siempre mas honrado y mas venido: facit l. cum filius, §. pater ff. de leg. 2. ibi: Diuisio enim agnationis tuetur, & sine eis obnubilantur & diruntur, tradit Ioan. Andr. ad Speculatorem in tit. de successibus ab intest. in rubric. col. l. 2. in princip. & satis probatur. in l. 3. in princip. ff. de testibus, & ideo B. August. in lib. de Ciuitate Dei, quem refert Alexand. consil. 52. circa hanc dubitationem, col. 1. in fi. l. 4. dicit, quod in familiis per diuitias conseruantur honor, maioratus enim semper instituantur ad honorem familie & memoriam defuncti, vt iure probat Arias Pinel. in l. 1. C. de bonis matern. 3. p. n. 99. vers. sed pro successore, & inquit Bologinuis conf. 62. cor mundum, col. 3. vers. ex quo infero, quod in institutione maioratus non solum vetatur utilitas eorum, quibus fit concessio & suorum descendendum, sed etiam publica utilitas concedendis pro ipsius memoria perpetuo conseruanda, & pro regimine eorum, qui in maioratu succeduntur, de quorum interesse etiam non leuiter tractatur.*

Quarta ratio superioribus adiungi potest, quod nomen & memoria nobilitum, qui hos maioratus constituunt, ex eorum constitutione conseruantur: plerumque enim ea conditione successores vocitant, vt conseruentur nomen & arma, quæ conditio honesta quidem est, atque iure probata, si nomen illud honestum sit, l. facta sciendum, l. facta si §. vero nominis ff. ad Trebell. l. legatum, ibi: *Memoria defuncti conseruanda gratia ff. de testib. leg. 4. Titia, §. fin. ibi: Cum subscripione nominis mei, ff. de auro & argen. leg. l. cum filius, §. Auer, ibi: In honorem nominis mei ff. de leg. 2. l. hoc tunc, §. fin. ff. de donat. quæ iura in hoc præter ordinarios scriptores notatur Alber. in rub. n. 1. ff. de iustit. & iur. & Soc. conf. 259. per totum, volum. 2. Dec. conf. 279. lib. 1. Guillelm. Bened. in repetit. c. Raymus, de test. verb. & vxorem Adelsium, n. 22. Challanens in catalogo gloria mundi, 1. part. considerat. 8. comel. 146. & alios referens D. Ant. de Padill. vbi supra vbi quod si nomen à testatore præceptum inhonellum sit, aut turpia insignia conditione reiecta, maioratus firmus manet: sequitur D. Mol. lib. 2. de Hispan. primog. c. 14. n. 25. vbi plura in proposito adducit, & num. 3. cum seqq. late probat, quod prædiximus de delatione nominis atque armorum & insignium fundatoris maioratus, per successores eiusdem faciendi: Arma & enim atque insignia, quæ in maioratum creatione imponuntur, ipsi Reipublicæ vtilia sunt, vt liberi eius ad præclara facinora imitanda eorum contemplatione prouocentur: arg. text. in l. ex liberalitate, vers. neque eius nomine, ff. de operib. publ. quem text. ibi in hoc expendit Bart. atque Rom. sing. 480. Tiraq. de nobil. c. 6. num. 15. Rip. in c. cum Ecclesia Survina, de caus. posses. & prop. num. 97. Lud. Gom. in §. panales, num. 5. Instit. de actio. prout eos refert & sequitur D. Ant. de Padil. vbi sup. Præterea insignibus & armis agnationes & familie conseruantur, l. lex quam tuores, C. de administr. iur. ibi: *In qua maiorum imagines, aut non videre fixas, aut renuisas videre, satis est iugubere & in l. legata, §. si ff. de administrat. rerum ad ciuit. perinens, l. Quamuis, §. ad auctoritatem ff. de annuis legat. l. Basilicam, C. de operib. publ. cum alijs, & notant Anchar. conf. 113. col. 2. n. 3. & 4. Anania conf. 86. col. pen. n. 1. Rip. in l. Censurio, n. 164. ff. de vulg. & pupil. substit. quod & probant Roman. sing. 474. Cæsar. Lamb. de iur. l. 35. q. princ. art. 4. n. 2. & 8. cum præcedentib. & seqq. Burgos de**

Paz in proamio legum Tauri, num. 23. & D. Molin. de Hist. primog. lib. 2. cap. 14. num. 6.

Ex quibus fit, vt si quis ea conditione maioratum instituat, vt possessor ferat ipsius nomen & arma, & vt in tumulo fundatoris sepeliatur, hæc omnia ad vnguem sunt implenda, vt si vel in vno deficiat, maioratu sit ille priuandus: arg. l. facta, circa fin. §. in dard. ff. ad Trebell. vbi Bart. Paul. & communiter scribentes id notant, Soc. in l. quibus diebus, §. Tertilius, col. 3. n. 10. ff. de condit. & demonst. & in cons. 259. col. 2. num. 2. & 3. l. 2. Dec. conf. 273. n. 2. Guillelm. Bened. in c. Raymurius, de Clera n. 44. cum seqq. & verba, si absque liberis moreretur, in 2. num. 25. de test. Guid. Pap. dec. 251. & 467. Boer. dec. 146. n. 6. Tiraq. in legib. conubialibus, l. 1. n. 14. Paulius conf. 15. n. 79. cum seqq. lib. 2. & conf. 19. n. 28. & que ad fin. eod. lib. 1. Greg. Lop. in l. 3. tit. 4. p. 6. in el. contra honestad. D. Ant. de Padill. in drub. C. de fideicommiss. n. 5. vers. quod si quis, Burgos de Paz in proamio legum Tauri, num. 24. estque verissimum atque sic obseruari solitum, secundum D. Molin. vbi supra num. 10. & num. 13. cum seqq. late agit, quomodo procedendum sit contra maioratus successorem; nomen & arma testatoris non deferentem. Eandem sententiam latissime probat & pluribus modis ampliat Anton. Tellaus dec. Pedemont. 270. per totum.

Quinta ratio assignari potest, quando maioratus fit de oppidis, quorum iurisdicctio & gubernatio ad constituentem maioratum pertinet, quia per vnicum dominum castra & iurisdictiones rectius & tutius gubernantur: Expedi enim Reipublicæ per vnum gubernari, l. 2. nouissime, ff. de origin. iur. tum etiam propter discordiam, quæ facile oritur plures, vt in l. cum pater, §. dulcissimus ff. de leg. 2. tum præterea, quia per plures legniss negotia expediuntur: His namque rationibus, ius primogenituræ introduccum est, ne dignitas minuatur & Reipublica lædatur ob pluralitatem Principum: quia multitudo Principum noxia est, secundum Philosoph. tradunt Dd. in c. licet de voto, Oldrad. conf. 94. eleganter, col. 3. Dec. conf. 389. vifa longa num. 6. Natta conf. 505. n. 33. Tiraq. de iure primog. q. 4. num. 13. 30. & 31. quos sequitur Franciscus Beccius conf. 56. n. 34. l. 1.

Sed & alia sunt plures causæ instituendi primogenia reddi possent, vt colliguntur ex Siman. d. lib. 1. de Hist. primog. cap. 16. & sequentibus, & Francisco Pifcin. de statuto excludente feminas, num. 6. cum sequentibus: sed & illa præcipua est vnitatis conseruanda, quæ est principium omnium rerum, vt pluribus comprobatur atque curioso, vt adoleat, exornat Tiraquel. vbi supra, d. quæst. 4. n. 16. cum seqq.

Sed vt res si ita probabilior ac securior in foro conscientia fiat, eam à suis principijs trahamus, vt vere cognoscatur: Inquit namque Philosoph. Vera rerum cognitio à causis prioribus deriuatur, & recte eam rem scimus, quam ex prioribus causis cognoscimus. Quare & obseruandum primo est, quod maioratum Hispanorum originem ab instituto diuino quodammodo deriuationem primæam duxisse, constat ex eo, quod Genes. cap. 25. mentio fit de primogenitura, cuius primogenituræ ius Esau vendidit fratri suo Iacob, & iterum, c. 27. vbi Isaac dedit filio suo Iacob benedictionem eique ius primogenituræ concessit, & ibi: *Et esto dominus fratrum tuorum, & incruentur ante te, & transiunt in l. 2. tit. 15. p. 6. E que lo han de obedecer como a çenor, & cap. 43. Sed eorum coram eo primogeniti, iuxta primogenia sua, & minimus iuxta ætatem suam, & Dent. c. 21. Ille est enim principium liberorum eius, & huic debentur primogenia, & alibi sapie: Eodem & etiam iure diuino primogenito prerogatiuæ quam plures præ cæteris alijs competebant, quia*

nempe ad dexteram patris primogenitus sedebat, sacrificia offerebat, cuncta ex bonis parentis duplicata sibi vendicabat, diebus festis vestem pretiosam ferebat, benedictionem a patre in mortis articulo capiebat, cibariisque duplicibus fruebatur: quae iura antiqua primogeniturae in veteri Testamento fuisse meminit glos. in c. quam periculosum, 7. quest. 1. quam ibi sequuntur communiter scribentes. Idem in dist. c. licet, de voto, Alex. conf. 261. circa fin. lib. 2. Laudensis in tractat. de primogenitura, 1. & 2. quest. Ioan. Lizetier in eodem tract. lib. 1. 2. & 3. questionibus, & lib. 2. q. 2. ubi 23. primogenitorum prerogativas enumerat Tiraquei. de iure primogenit. in praefatione, num. 12. Anton. Gomez in leg. 40. Taur. num. 1. D. Molin. lib. 1. de primogen. Hispanor. cap. 2. num. 3. ubi hoc aperte ostendi affirmat in l. 2. tit. 15. part. 2. ibi T. segun ley se prueua por lo que Dios dixo a Abraham, & ibi: Ca segun el dixo a Moyses en la vieia ley, todo masculino que naciesse primeramente, sera llamado cosa santa de Dios, & iterum ibi: Se prueua por las palabras que dixo Isaac a Jacob su hijo, quando la die la bendicion. Quo fit, ut maioratus Hispani non modicum habeant ab instituto diuino deriuationem, prout tenent Oldra. conf. 257. latius Abb. conf. 3. n. 3. & 4. l. 2. Ioan. Andr. & alij in cap. licet, de voto, Palat. Rub. in l. 40. Taur. n. 1. de quo late agit Tiraquei in praefatione, ubi sup. n. 18. & in q. 29. n. 11. & Ant. Gomez ubi sup. & processerunt a legibus & institutis Hebraeorum secundum eundem Tiraqueum q. 10. n. 17. Vnde Ant. Nebriffensis in suo dictionario exponens hoc verbum, *Mayorazgo*, dicit idem esse quod primogenit.

18. Quod praediximus 7. verissimum est, si ad ipsum ius primogeniturae simpliciter ac de per se sumptum referatur, tamen si primogenia nostri temporis a legis veteris primogeniis dissimilia sint: vt ex pluribus probat Burgos de Paz in proemio legum Taur. n. 91. cum sequentibus, D. Simanc. de Catholic. institut. c. 9. n. 125. & in suo tractatu de primogen. Hispan. l. 1. c. 1. & D. Mol. eod. tract. auul. 1. cap. 1. & Palaez in eodem tractatu in initio, 1. part. num. 2. cum seqq. Iure etiam diuino feminae excluduntur, admittis 7. masculis pro conseruatione familiarum, vt patet Numer. c. 27. & in c. si tradit Angel. conf. 299. statuo ciuitatis, & Tiberius Decianus conf. 1. n. 38. volum. 1.

20. Similiter ius primogeniturae 7. simpliciter sumptum a iure naturali, quod natura omnia animantia docuit, etiam originem ducere vel ex eo constare, quod omnia animalia, etiam ratione carentia, ipsa solum natura impellente, ardentius primogenitos amant, eisque ius quoddam veluti primogeniturae tribuant, vt latissime ex pluribus probat Tiraqueus de primogenit. in praefatione, num. 36. cum seqq. & expresse probat dist. lib. 2. part. 1. ibi: La primera naturalmente, quod aduertit Suarez in repetitione, l. quoniam in prioribus, in 11. limitat. 2. dubio, num. 22. Cod. de inofficio testam. quem refert & sequitur D. Molin. ubi supra, lib. 1. capit. 2. num. 4. quidquid Pelaez ubi supra probare nitatur contrarium, nempe, ius primogeniturae non esse de iure naturalis, sed imo praeter ius naturae, secundum Alber. in l. donationes quas datus, num. 4. C. de donat. inter vir. & vxor. hoc namque procedere posset quoad alia, scilicet vero quoad ordinem & ius quoddam primogeniturae, vt probat d. l. Regia, & recte considerant praefati priores auctores.

21. Tertio, & a 7. iure quidem gentium primogenia non modicum principium duxerunt, cum eo iure libera facultas vnicuique concessa sit retinendi, de reque sua disponendi, vt in l. nec enim, §. de portat. ff. de milit. testament. l. miles, C. eodem tit. Bart. in l. interdum, num. 7. ff. de conditione indebiti, quoad latissime probat D. Couarr. lib. 3. variarum resolut. cap. 6. num. 7. Ex qua

disponendi libertate iure gentium inuenta processerunt conditiones, vineula, fideicommissa atque gratamina, quae in Hispanorum maioratus passim inueniuntur, vt recte aduertit in proposito D. Molin. ubi supra, num. 5. illud addens, non esse in hac parte distinguendum ius gentium primatum a secundatio, quia quamuis 7. ea distinctio communis sit, non tamen est vera, cum vnicuique sit ius gentium, et si processu temporis variatum fuerit, vt late explicat Fortunius Garcia, Alciatus, Connaeus, Corrauius & Pinellus ab eo ibidem in id citati: & quod maioratus a iure gentium ortum habuerint, probat etiam Ant. Gom. in l. 40. Tauri n. 1. & 2.

Quarto, & a iure 7. quoque ciuili ea omnia originem ducunt; Nam etsi facultas testandi, vt dicebamus, a iure gentium processerit, id tamen verum est in inuentione, forma atque, solemnitate & approbatione a iure ciuili proeuenit, secund. Iaf. in l. si testament. C. de testam. probat Vigli. in §. sed praedicta, n. 4. Inst. de test. Alex. & Iaf. in rub. ff. de acquir. hered. Decius conf. 455. num. 3. D. Couar. ubi sup. & D. Petrus Ralza in rubric. ff. de hered. instit. n. 140. cum sequentibus, Iul. Clarus lib. 3. recepr. sententiarum, §. testamentum, q. 2. estque verissima & communis opinio, vt plures allegans testatur D. Mol. ubi sup. n. 6. ubi quod ius ciuile passim plurima de huiusmodi fideicommissis, conditionibus, substitutionibus, vinculis, grauaminibusque; in quibus praecipue constituit maioratum, disposuit, ita vt certissimum sit, praecipuam ansam ius ciuile nostri temporis maioratibus dedisse, idque ipsum fecisse ius Regium Hispanorum proprium ac peculiare, ex quo praesertim intelligitur maioratum substantia.

Sed & 7. quinto originem etiam ducunt a lege Canonica & etiam consuetudinaria, vt docet Ioan. Andr. quem sequuntur ceteri in c. licet, de voto, Ioan. Lizetier, Tiraqueus, Mol. & Pelaez in locis supra citatis: quod & probat d. l. 2. Regia, ibi: La reuera por costumbre, & ibi: Esto esaron siempre en todas las tierras del mundo.

Sexto 7. vltimo, Hispanorum primogenia secundario & certius ab ipso Hispaniae Regno, tanquam a capite, eiusque succedendi ordine deriuatur, propriamque ac verissimam originem trahunt: Ipsum namque Hispaniarum Regnum verissimas maioratus est, in eiusque successione seruari versus ac praefatus ordo primogeniturae, vt aperte decedit d. l. 2. tit. 15. part. 1. ubi Gregorius Lopez id notat, & profitentur ceteri omnes Hispani ac ceteri, qui eius rei meminerunt: qui maioratum instituentium ordo a Regibus in subditos fuit transfusus, & postea in Hispanorum consuetudinem abiit, vt asserit D. Molin. lib. 1. de Hispan. primogen. cap. 2. n. 26.

Hinc est, ad Regni 7. exemplar hos Hispaniae maioratus fuisse introductos, vt nec illud dubium sit, quoties in maioratus successione dubitatio incidit, si ex ipsius conditoris verbis ac mente non satis concipi possit, quid ille senserit, ea interpretatio sit accipienda, vt eodem modo successio ducatur, quo in Regni successione receptum sit: arg. text. in c. cum non liceat, de praescript. cum siml. atque in specie maioratum Hispaniae hoc reperit Paul. Cast. conf. 164. in praesenti causa, quae vocatur maioria Hispanensis, lib. 2. Peral. in rub. n. 122. & in lib. 3. §. qui fidei. n. 120. ff. de hered. instit. D. Ant. de Padilla in rub. C. de fideicom. n. 6. D. Mol. d. lib. 1. c. 2. n. 26. & 27. & alij plurimi, quos infra ad idem citabimus.

Obseruandum tamen erit, quod licet primogenia a iure diuino, naturali, gentium, ciuili, Canonico & Regio, originem ac fundamentum ducant, ea tamen iura, nec vllum eorum parentes aut alios minime cogunt ad faciendum maioratum, vel meliorationem

in filios alio iure, sed tantum id permittunt, concedunt atque indulgent ob bonum publicum, publicamque utilitatem: vt patet lib. 2. tit. 27. p. 2. ibi: Puro con 7. todo esso, &c. & in terminis tenet Abb. conf. 3. num. 1. lib. 2. & Tiraqueus in d. rat. de primogen. q. 4. n. 13. Guillerm. Bened. in d. c. Raym. in verb. in eodem testamento relinquens, in n. 159. vbi quod consuetudo, quod primogenitus succedat, fundatur iure diuino, naturali, voluntario & positiuo, non autem necessario, prout refert & sequitur Pelaez ubi sup. d. n. 2. in vers. nec etiam, & in vers. ex hoc sequitur. Nihilominus tamen nec ex quo primogenia omni iure promissa & approbata sunt, recte deducitur, licitum esse quoad vtrumque forum maioratum & meliorationes conficere. Remanet igitur ex superioribus satis probatum, tam quoad ius fori, quam quoad ius poli, iustitia maioratum Hispaniae, cum ipsi plurimis ex causis ac iustis respectibus Reipublicae vitibus, necnon & ipsis fundatoribus ac descendebat, eorumdem, tam primogenitis, quam ceteris, ac perpetuatis & familiae conseruationi fuerint introducti, vt vidimus, ac praeterea a iure diuino, naturali ac gentium originem trahere docuimus, sed etiam quoad eorum formam acceptam & veram institutionem iure ciuili, Regio & consuetudinatio, vt deduximus: Ex quibus argumentis in contrarium adductis iam factis, vt nostrae huius sententiae principali non obstat.

28. Quare hanc 7. secundam sententiam, nempe, quod primogenia & maioratus Hispaniae iure optiuo, ac citra conscientiae discrimen fieri aut sustineri valeant, verior ac magis communiter recepta est, quam sequuntur Ioan. Andr. in reg. sine culpa, q. vlt. de reg. iur. in 6. in mercurial. Oldrad. conf. 94. col. 2. & 3. vbi eam iure diuino, ciuili & canonico corroborat, Bart. in lib. 2. num. 28. C. que sit long. consuetud. Martin. Laudens. de primogen. q. 12. eamque sequuntur etiam plurimi maxime auctoritatis iuris interpretes, congesti per Andr. Tiraqueum de iure primogenit. quest. 4. n. 13. & 14. & Patil. consil. 72. mon. 12. lib. 4. Paul. Castren. conf. 179. in causa, qua magnificus Dominus, n. 3. & 4. lib. 1. cui & Iaf. consentit conf. 170. in praesenti consultatione, col. 3. & 4. lib. 4. & singulariter Praeposit. in cap. ius naturale, col. 4. in medio, l. dist. Hym. Crau. conf. 135. n. 45. Bolog. conf. 62. Palat. Rub. in repet. cap. per vestras, post notabilitatem, §. 26. ante num. 1. Carol. Mol. in consuet. Patil. tit. 1. de materia feud. §. 8. gl. 3. n. 30. & gl. 4. num. 15. Roger. Zuar. in l. quoniam in prioribus, 2. limitat. ad l. sonari, per totam, C. de inofficio testam. D. Couar. in d. de sonari, §. 1. p. c. 8. §. 6. n. 5. vers. quareo deducitur, idem in c. Raymuntius, n. 24. de testam. & l. 3. var. resol. c. 5. n. 5. Greg. Lop. in l. 32. tit. 9. part. 6. in princ. glossa magna, D. Peral. in l. 3. §. qui fideicommissaria, num. 121. ff. de hered. instituen. Ant. Gom. in l. 40. Taur. n. 56. eamque sequitur profertus esse veterem & crebriorem, non solum in regni successione, quod suapte natura est indiuisibile, vt in c. intellectio, de iur. iur. d. c. in c. in apibus, 7. quest. 1. ac etiam in Ducatu, Marchionatu & Comitatu, c. 1. §. praeterea Ducatu, de prohib. alien. per Feder. quoniam melius per vnum, quam per multos administratur, l. 2. §. sed quia difficile, ff. de origin. iur. & supra diximus in §. ration. sed etiam in cuiusvis priuati hominis maioratu, D. Ant. de Padilla in rub. C. de fideicommiss. num. 4. cum seqq. Burgos de Paz, conf. 15. num. 43. cum seqq. & eius filius in quest. ciuili, 2. num. 7. & hanc partem crebriori doctorum numero comprobata esse asserit D. Mol. lib. 2. de Hispan. primogen. c. 1. num. 3. plurimos eiusdem sententiae auctores citans, & Pelaez de maiorat. in initio primae partis, num. 2. per totum, & D. Spino in suo speculo testament. gloss. 19. num. 15. cum sequentibus, & ex Theologis eandem sententiam probauit Bernard. vt refert Abb. in d. c. licet, n. 10. de voto, & Scotus in 4. sent.

dist. 15. q. 2. Ioan. Maior. l. 2. sententiarum dist. 44. quest. 8. Abulens. Numer. cap. 16. & c. 27. & cap. 36. Dominic. a Soto, lib. 4. de iustit. & iur. quest. 5. artic. 1. ad 2. Haecque communis 7. sententia proculdubio est tenenda, dummodo ceteri filij iura legitima vel saltem alimentis competentibus non defraudentur, nec in legitima meliorati grauaamen imponatur citra ipsius consensum, vt ex inferioribus liquido apparebit, & modo sunt condita cum recta ratione & aequitate, secundum eundem Pelaez de maiorat. 1. part. questione 3. numero 1.

Ex qua 7. receptissima & veriori sententia primo deducitur, primogenium illud ac vinculum, quod parentes vel alter eorum fecerint auctoritate legum huius Regni de quinta eorum bonorum parte, siue in liberos, vel in extraneos, iustissimum esse, quoad ius poli ac fori.

Secundo infertur, idem esse dicendum in eo maioratu, qui ex tertia bonorum parte a patre, factus fuerit, seu simul de tertia & quinta bonorum portione, seruato ordine, de quo in l. 27. Taur. quae hodie est l. 11. tit. 6. lib. 5. Noua Collect. Regia.

Tertio infertur, idem a 7. fortiori esse dicendum in eo vinculo & maioratu, qui ab eo, qui descendentes non habet, nec etiam ascendentes factus fuerit in fauorem fratris vel alterius consanguinei, vel etiam extranei, cum eum in hac specie de legitima descendendum nec ascendendum agatur, iisque omni iure possit de bonis suis libere disponere, vt probauimus, absque vlllo dubio poterit secure de eisdem maioratum instituire.

Similiter & quarto idem 7. erit dicendum, in eo maioratu, qui ex tertia bonorum portione ab eo, qui ascendentes, non autem descendentes legitimos habet, factus fuerit, cum l. Regis 6. Taur. hodie l. 1. tit. 8. lib. 5. Noua Collect. Reg. possit ille, qui ascendentes habet, libere disponere de tertia bonorum suorum parte.

Quinto 7. idem erit obseruandum in eo vinculo & maioratu, quem patet ascendentes habens, non vero legitimos descendentes, in persona filij naturalis, etiam de omnibus suis bonis instituerit, cum hoc casu pater possit in praedictum ascendendum filio suo naturali omnia bona sua relinquere, vt in lib. 10. Tauri, quae hodie est lib. 8. tit. 8. lib. 5. Noua Collect. Reg. nec filius naturalis legitimum praetendere possit, vt in aub. licet, cum similibus, Cod. de natural. lib. vt in specie notat D. Mol. ubi infra suam citabitur, & Pelaez de maiorat. 1. part. quest. 2. numero 13. vbi num. 19. etiam probat, quod mater possit facere maioratum 7. in filium spurium, deficientibus aliis legitimis & naturalibus, cum iuxta leg. 9. Taur. eo casu sit ei legitimus successor ex testamento & ab intestato, dummodo non sit filius ex damnato coitu, clericus aut monachus, aut fratris sancti Jacobi aut Hierosolymae, vt in dist. l. cum enim dno, scilicet, quod legitima minuat se in ea grauaamen imponatur, maioratum institutiones debias reddere soleant, vt docet Suarez in dist. leg. quoniam in prioribus, 2. limitatio, n. 16. & infra praedictis speciebus, nec in earum aliqua aliquid horum contingat, consequitur, in eisdem licitas in vtroque foro esse maioratum institutiones, & leges ipsas Regias hoc permittentes iustissimas esse. Quo fit, vt is, qui earum auctoritate fretus primogenium instituerit, etiam quoad ius poli utus ac securus censendus sit: Lex namque humana, tam ciuili, quam 7. Canonica, condita ab eo, qui habet auctoritatem legis condendae, si ea ob bonum commune lata sit (prout sunt nostrae leges Regiae de hac re agentis, vt vidimus) etiam in foro conscientiae seruanda erit, H h 2 iuxta

iuxta gloss. 1. in cap. que in Ecclesiarn, de consuet. quam ibi Abba. & communiter scribentes sequuntur, & late Felin. in cap. 1. num. 4. de cons. D. Thom. 1. 2. quest. 96. artic. 4. & 6. Henric. quodlib. 8. quest. 22. Dominic. à Soro de iust. & iur. lib. 1. quest. 6. col. 2. diximus late lib. 2. practic. quest. 9. 180. numero 10. & in terminis primogenitorum id expresse tenet D. Anton. Gom. in lib. 40. Taur. numero 56. & optime D. Molin. libr. 1. de Hispan. primog. cap. 1. num. 6. & 7. qui prædict. etiam probat, & in terminis meliorationis tertij & quinti præd. II. esse in foro animæ probatas, tenet Menchac. de success. creat. §. 1. num. 16. versic. illud autem, & Tellus Fern. in l. 27. Taur. num. 20. & Pelæz de maiorat. in initio prima part. num. 2. circa fin. quod probatur ex eo, quia is, qui legis humanæ auctoritate aliquid fecit, non peccat, nisi ea lex diuinæ contraria sit, vt in specie dixit Bald. in cap. in omni negotio n. 1. de test. sequitur plura adducens in eius comprobationem lat. in l. si pona causa, in princip. num. 2. ff. de cond. indeb. & Felin. in d. c. 1. n. 4. de consuet. gloss. communiter approbata in fin. præscript. secundum Molin. vbi supra n. 8.

37 Sexto ¶ deducitur, maioratum fieri non posse absque Regia facultate omnium bonorum, vel ex quo cæteri filij seu descendentes sua legitima fraudentur, neque quoad ius fori nec poli posse sustineri, nisi cæteri filij eidem expresse scienter consenserint, iuramentoque proprio consensum fuerit, iuxta late tradita per D. Molin. l. 2. de Hispan. primog. c. 3. per totum.

38 Septimo ¶ inferitur, maioratum virtute licentiæ ac facultatis Regiæ à parentibus simpliciter ex omnibus bonis institutum, non relictis cæteris filiis alimentis competentibus, quia eadem facultas hoc non præceperit, non esse secutum in neutro foro; Quia quamuis facultas simpliciter ad id concedatur, intelligenda tamen erit, modo cæteris liberis alimenta competentia relinquuntur, vt latissime post alios plures probat Molin. lib. 2. cap. 1. n. 10. cum seqq. vbi n. 14. & sequent. idem à fortiori probat, si eadem facultas concedatur ea lege expressa, vt nulla obligatio alimentaria cæteris filiis relinquendi pacti superfit, cum derogatione legum contrarium disponentium, etiam si ipsi filij habeant vnde se alere possint, nec vsquam visa est facultas supradictis modis concessa: quod si concederetur, nec Princeps, qui huiusmodi facultatem concessisset, nec eius consiliarij, nec eiusdem maioratus institutor in foro conscientie tuti in hac specie esse poterunt, vt in simili aduertit Mench. in repet. ant. ben. nouissima, C. de inoffic. testam. num. 308. quod verissimum est in nostris terminis, sicque obseruari ac prædicari solitum esse, testatur D. Mol. d. lib. 2. cap. 1. num. 24. Non ¶ tamen ex hoc primogenium ipsum annullabitur, sed potius sustinebitur, facta ex ipsis bonis cæteris filiis competentis alimentorum assignatione, secundum eundem D. Molin. ibi num. 27. & latius eodem lib. 2. c. 1. n. 15.

40 Octavo ¶ ex supradictis fit, quod si facultas Regia ad instituendum maioratum concedatur, ea conditione adiecta, vt cæteris filiis competentia alimenta relinquuntur, prout communiter in Hispania Reges nostri Christianissimi eas concedere solent, ea facultas erit iustissima, & in foro conscientie tuta, respectu omnium, ea forma seruata: ita tenent communiter Hispani supra citati pro secunda receptori sententia; Causa namque publica, que in instituendis maioratibus versatur, sufficiens est ad iustificandas has facultates, nec alia causa extrinseca requiritur, dummodo eadem facultas, considerata personarum ac patrimonij qualitate & quantitate, concessa fuerit, vt optime deduxit Greg. Lop. in lib. 32. tit. 9. part. 6. in gloss. magna, col. 1. aduersus Roder. Suarez in d. lib. 1. quoniam in prioribus, 2. limitat. num. 15. existimantem, aliam causam ad hanc facultatem iustificationem necessariam esse: quem in hoc etiam reprehendit Mench. vbi supra, n. 308. & eis libenter assentit D. Molin. d. lib. 1. c. 1. n. 26. circa fin. Hæc de facultate concessa ad faciendum maioratum, et qui legitimos descendentes habet: nunc vero de ea, quæ eos non habenti impartitur, agendum erit.

Nono ex ¶ supra dictis dicenda venit illa questio, Quid dicendum sit in facultate concessa ad faciendum maioratum de omnibus suis bonis ei, qui, quamuis non habeat descendentes legitimos, habet tamen ascendentes huiusmodi? Nam etiam prima facie videtur dicendum, quod siue ad tollendum eis omnino legitimam, vel ad illam minuendum, eius concessio quoad vtrumque forum, & exterius, & interius, secuta sit, ex illa communi doctrina, quod habet; Quod legitima ¶ ascendendum, lege, consuetudine, rescripto seu etiam statuto non solum minui, sed etiam omnino tolli possit, cum ea non tam ex iure naturali, quam ciuili ac positiuo procedat, vt censuit Bald. in l. 1. §. ius naturale, q. 1. circa fin. ff. de iustitia & iure, & in l. de emancipatis, n. 2. C. de legitim. hered. & alij plures, quorum opinio communis ac vera est, vt eos referens aduertit Couar. in 4. 2. part. c. 8. §. 6. num. 5. testatur D. Molin. d. lib. 2. cap. 1. n. 28. Nihilominus tamen secundum eundem ibi, ad rectius meo iudicio, in specie huius nostre illationis contrarium est tenendum, nempe, minime esse iustam prædictam facultatem, nisi parentibus saltem indigentibus, competentia alimenta ministrantur: Quamuis enim communis opinio præfata vera sit, Princeps tamen non debet id absque legitima causa efficere. Nec tamen ad hoc vtget in proposito illa publica utilitas, quam in maioratum institutionibus versari prædiximus, in his, qui legitima descendencia carent, primogeniumque ipsum in transferendis, agnatis vel cognatis, vel etiam in extraneis facere volunt, prout in his, qui in legitimis descendentibus nomen ac memoriam propriæ familie perpetuam efficere cupiunt, non enim censetur iusta causa priuandi ascendentes legitima sibi competenti, quod filius vel descendens velit omnia bona sua transferre salibus seu extraneis iure maioratus deferre, ascendentesque sua legitima fraudare, nisi in personis alterius ascendents, cui æque legitima debetur, & à quo bona ipsa, ex quibus maioratus fit, procedunt, cum instituire velit filius vel descendens, vel in persona alterius fratris vel cognati, qui ab ipsis ascendentes descendit, tunc enim ex hac vel simili causa ea facultas iusta censenda erit, dummodo, vt prædiximus, parentibus alimenta competentia relinquuntur, alias secus. Ex quibus in proposito idem dicendum erit in ipso institutore & successore maioratus virtute dictæ facultatis conditi, quod in concedente prædictæ facultatem prædiximus, vt in eisdem casibus quibus & Princeps concedens, sint tuti, vel non, iuxta prædicta.

Decimo ¶ & vltimo obseruandum erit, quod maioratus factus à parentibus in fauorem descendendum, vel à descendentibus in fauorem ascendendum, in quo grauius in legitima debita apponitur facultate Regia, iustus atque in foro conscientie tutus procul dubio censendus erit: nec non & ipsamet facultas iusta est; Quia cum primogenium in specie

specie fiat in persona eius, cui apponitur grauius in legitima, nimirumque ob hoc à parentibus vel descendentibus honoratus sit, adeo vt competens patrimonium præ cæteris sibi relinquatur, non potest de huiusmodi facultatis vel maioratus iustitia dubitari: si vero absque facultate Regia, sed permissione legis, is maioratus fiat, cum appositione grauius in legitima, consensu legitimo descendentes vel ascendentes, in eius legitima grauius apponitur, tam in iustitia, quam in foro conscientie iustus & validus erit maioratus, cum grauius in legitima imposito. Difficultas ¶ stat hac in specie, quando maioratus fit sine facultate Regia, & grauius in legitima imponitur absque ipsis, cui imponitur, legitimo consensu, de quo videndus est latissime D. Molin. d. lib. 2. c. 1. n. 29. cum sequentibus, vsque in fin. distinguens inter conditiones potestatis, cauales & mixtas, atque inter filium emancipatum & in patria potestate constitutum: noluit enim hac in remittari, ne ab instituto deuiare in aliquo videat, præcipue, cum exactissime articulus hic dissecatur à prædicto auctore, ad cuius dicta occurrendum erit, quoties opus fuerit casusque contigerit, relicto culibet saluo suo meliori iudicio aliter discernendi atque iudicandi: Ego enim nunc nihil in hac vltima specie decido.

Nunc autem expediti à præd. ardua questione, operæ pretium duximus, nonnullas regulas communes in materia maioratum Hispaniarum in medium proferre, vt eis iactis, tanquam relictis semitis, ad veram cognitionem successions eorumdem, & sic ad locum, ad quem vnusquisque iter fecerit, pertineret queat in questionibus de facto contententibus, tam in foro conscientie, quam iustitie.

45 Prima ¶ regula communis est, de natura primogenitorum esse; Quod de primogenito in primogenitum transeat, vt tenet Socin. conf. 47. num. 7. volum. 3. dicens quod institutio maioratum ideo fit, vt conseruentur in persona primogenitorum, Angel. conf. 281. Atret. conf. 162. Alex. conf. 4. num. 4. cum sequentibus lib. 4. Suarez in l. quoniam in prioribus, 10. ampliation. n. 26. C. de inoffic. testam. Gregor. Lop. in l. 2. tit. 15. part. 2. in gloss. sino el hijo mayor in princ. Tiraquell. de iure primogen. quest. 4. n. 31. Anton. Gomez in l. 40. Taur. n. 7. & 59. quod optime declarat D. Couar. in practic. quest. c. 38. n. 6. versic. etenim, & n. 12. versic. quod si dixeris, idem lib. 3. variat. resolut. c. 5. num. 3. D. Molin. l. 1. de Hispan. primog. c. 11. n. 9. & 13. c. 1. n. 1.

46 Secunda ¶ regula ¶ communis est; Quod in maioratus successione linea recta debet semper succedi, vt nec successio retrocedat, nec de vna linea ad aliam transitus fiat, vt probatur ex lib. 2. tit. 15. part. 2. ubi; Puseyon que el Señorío del Reyno heredadesen siempre aquellos que finiesen por linea derecha, quæ lex licet loquatur in Regni successione, idem in specie seruandum est in omnibus maioratibus nostræ Hispaniæ, ad Regni similitudinem, vt in terminis nostræ regule tenet D. Molin. lib. 1. de Hispan. primog. cap. 3. num. 12. idque in cæteris omnibus verum est, vt infra reg. 8. dicemus, debet enim linea recta considerari vt tradit Bald. conf. 321. lib. 1. Socin. conf. 63. lib. 1. & conf. 33. n. 8. lib. 1. Cephal. conf. 5. n. 36. lib. 1. Pelæz de maiorat. 2. p. q. 6. n. 18. & q. 7. n. 11.

47 Tertia ¶ regula ¶ communis est; Recta linea non ex omnibus, qui ab institute ipso quouis maioratus possessore descendunt, sed ex seipis primogenitis, qui gradatim procreantur, tantummodo constituitur, vt inter filios, nepotes ac pronepotes, ceterosque descendentes primogeniti tantum lineam rectam efficiant & successusue admittantur, vt tradit Abb. conf. 85. num. 3. & 5. lib. 1. Paul. Castren. conf. 164.

mun. 4. cum sequentibus lib. 2. Philippus Corneus conf. 190. num. 3. ad fin. volum. 3. Socin. conf. 51. num. 5. volum. 4. Afflicti. in cap. 1. de successione feud. num. 77. dicens, quod constitutio, quæ vocat primogenitos descendentes ex linea, hunc habet sensum, vt ex filiis succedat primogenitus, & ex eo nepos primogenitus etiam admittatur, & sic de cæteris. Palat. Rub. in repet. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 69. numero 21. Tiraquell. de iure primog. quest. 40. numero 156. Dec. conf. 498. numero 19. Patil. conf. 72. num. 102. & 103. & 107. lib. 4. D. Couar. in practic. quest. cap. 38. n. 6. & 7. Alciat. respon. 96. n. 39. & respon. 184. Mench. de successione creat. §. 27. num. 20. & alios plures referens D. Molin. l. 3. c. 6. n. 19. idque etiam probat d. lib. 1. Reg. in verbis supra relatis.

Quarta ¶ regula ¶ communis est: Linea vltimi possessoris consideranda primum est, vt illi, qui ex ea procedunt, cæteris præferantur, nec transitus fiat ad alias lineas, donec ex ea descendentes finiantur: Argumen. tex. in cap. 1. de natura successions feud. ibi, Ad solos & ad omnes, qui ex illa linea sunt, ex qua iste fuit, & iterum ibi: Sed omnibus ex hac linea deficientibus, omnes alie lineæ equaliter vocantur. In maioratus autem successione omnes non sunt admittendi simul, sed primogenitus, vt prædiximus: per quem textum hoc communiter scribentes annotare solent ibidem secundum Afflicti. ibi num. 77. & tenet Paul. Castren. d. lib. 2. conf. 164. num. 11. lib. 2. Socin. in l. si cognatis, num. 14. ff. de reb. dub. refert plures, idipsum sequutus D. Molin. lib. 3. cap. 4. num. 14. vbi quod ¶ secundo considerandus est gradus, vt qui sunt possessores magis coniuncti, præferantur remotioribus. Tertio considerandus est sexus, vt inter eos, qui sunt eisdem lineæ & gradus, præferatur masculus. Quarto consideratur ætas, vt inter pares lineæ, gradu & sexu, maior natus præferatur minori: quod & probatur And. de Hæren. in c. 1. de eo qui sibi & heredibus suis, & Afflicti. ibi n. 10. idem Afflicti. in c. 1. de success. feud. num. 76. & secundum aliam impressionem, num. 49. versicet dominus Neapolitanus & c. Supplendus igitur erit Corneus conf. 199. num. 38. lib. 2. dicens, quod in feudo, in quo iure primogenituræ succeditur, considerandus est primo loco gradus, secundo sexus, tertio ætas. Omisit namque lineam, quæ primo, vt prædiximus, consideranda est: potest namque esse, quod quis sit eiusdem gradus, & maior natus, non tamen eiusdem lineæ, ideoque ab eo, qui ex linea primogenituræ descendit, excludendus erit, secundum D. Molin. d. lib. 2. c. 4. num. 14. in fin. Quod ¶ autem tertio loco consideretur sexus, vt inter eos, qui sunt eiusdem lineæ & gradus præferatur masculus, etiam maior, dixit Bald. in l. in multis, ff. de statu hominum, Petrus de Bellap. & Iacobus de Aten. in l. pater filium §. quindæcim ff. de leg. 3. Romanus conf. 98. Palat. Rub. in repetitione rubric. de don. inter vir. & vxor. §. 69. num. 24. cum sequentibus. Dec. in l. famina, num. 212. ff. de reg. iur. Tiraquell. plures refert de iure primog. quest. 10. num. 20. quod latissime sequitur & comprobatur D. Couar. l. 3. variat. resolut. c. 5. n. 5. vbi quod apud Hispanos frequentissime obtentum est in maioratibus & primogenitis, expresse ita statui: & Burgos de Paz in proem. legum Taur. num. 119. cum sequentibus. D. Molin. lib. 3. c. 4. n. 4.

Quinta ¶ regula ¶ communis est; Finita linea primogeniti maioris, statim succedit secundogenitus, eiusque linea & descendencia, & postea tertio genitus cum sua linea, & sic de cæteris, vt in d. c. 1. §. fin. de natura successions feud. vbi hoc declarat Afflicti. d. num. 1. dicens, quod omnes alie lineæ equaliter vocantur, id est, qui sunt in proximiori linea: & ita decidit singulariter & expresse Paulus de Castri. in d. lib. 164.

52 *num. 4. & 5. volum. 2. ubi quod ex filiis conditoris seu possessoris maioratus filius primogenitus officit primum caput in linea descendendum, & filius secundogenitus secundum caput constituit, ac tertius tertium, ut hoc ordine ad instar edicti pratoris de bonorum possessione successiva ad maioratus successione admittantur: quod sequitur Præposit. in cap. 1. de feud. March. num. 10. & in cap. 1. de success. feud. num. 49. vers. & per ista, D. Molin. d. lib. 3. cap. 6. num. 30. & opime Guillem. de Montfort. in tractat. de successione Regum Franc. super 1. dubio, num. 8. vol. 13. tractatum, ubi quod licet vna sit linea descendendum ad successionem Regni, talis linea descendendum dividitur in plures, videlicet lineam primogenitorum, & lineam secundogenitorum & tertio genitorum, & sic de singulis, ut linea primogenitorum ceteris præferatur, & deficiente linea primogeniti, secundogenitus eiusque linea statim admittatur, prout idem ipse tradit ibi num. 34. vers. tamen ratione consuetudinis Francia, & Parisi. cons. 72. num. 113. vol. 4. quod & comprobatur ex cap. licet de voto, ubi constat, quod filio primogenito abique vlla sobole decedente, filius secundogenitus eius frater, quamvis illi transuersalis sit, primogenitus dicitur, quia ius primogenituræ ad illum transferretur, & tanquam primogenitus succedit, & ibi notat el. & Abb. in 5. notab. & Bald. in l. ex hoc iure, quest. 6. ff. de instit. & iure, Ripa in rubric. ff. de vulg. & pup. sub. num. 3. Tiraquel de iure primog. quest. 3. & 40. num. 183. Carol. Molin. in consuetud. Paris. lib. 1. §. 3. gloss. 1. quest. 3. num. 5. & 8. in gloss. 1. quest. 5. num. 32.*

53 *Gregor. Lop. in l. 1. tit. 8. part. 5. in gloss. segun se auiere, & filius namque secundogenitus nunquam dicitur primogenitus, dum aliquis filius seu descendens ad primogenitum superest, ut notat Oldrad. cons. 224. num. 42. Præposit. per text. ibi in c. 1. de natura successionei feudi, col. 2. & in cap. 1. de feud. March. num. 10. Bald. in l. cum antiquioribus, num. 1. vers. nono, quia primogenitus, C. de iure deliber. Decius cons. 390. Grat. cons. 7. num. 11. & cons. 8. num. 5. lib. 1. Tiraq. de iure primog. quest. 40. num. 74. 156. & 157. D. Couarr. in pract. q. c. 38. n. 6.*

54 *Sexta regula communis est; Extincta linea recta descendendum, ad lineam primogeniti collateralium maioratus successio pertinere debet: ex quo enim Doctor, omnes in dict. capitul. licet de voto, fatentur, quod in transuersalibus considerari debet primogenitura, quorum citat multos Tiraquel. de iure primog. quest. 41. num. 1. necessario etiam fateri debent, quod in successione transuersali non potest dari alia regula ad cognoscendum, quis debet succedere, nisi quod succedat ille, qui inter transuersales fuerit primogenitus, & sic qui ex linea primogenitorum descendat: Neque enim vilo modo potest primogenitura considerari vniu transuersalis ad alium, cum transuersalis transuersalem non generat. Vnde primogenitura inter ipsos transuersales consideranda erit, ut succedere debeat, qui inter ipsos fuerit primogenitus: quemadmodum cum iudicio considerat Paul. Parisi. consil. 72. num. 109. cum sequens. præcipue num. 113. lib. 4. & sicut in descendentibus linea primogeniti prius consideranda est, ita dum aliquis ex eo superest, transitus ad lineam secundogeniti non fiat, ut prædiximus: Idem obseruandum censio in linea transuersalium, ut prius admittantur & vocentur ad maioratus successione inter transuersales, qui ex linea primogeniti transuersales descendunt, eis autem omnibus finitis admittantur ceteri ex linea secundogeniti transuersales, & sic de ceteris, quia quilibet fratrum constituit propriam lineam, & alter de alterius linea non dicitur, ut cum aliis probauimus cons. 13. n. 12. & tradit Pelaez de maior. 2. p. 9. n. 13. & 14.*

Septima regula communis est; Quod finita vna linea in successione maioratus, non consideratur personam proximioris, sed lineam proximioris, ut constat ex supradictis: & in tali linea proximioris querimus eum, qui descendit per ipsam lineam rectam ex filio maiori, ut primogenitus eius lineæ præferatur reliquis, & sic patrum suo, ut concludit Guilielmia Monlet. in tract. de successione Regum Francia, volum. 13. tractatum super 1. dubio, per totum, & hoc idem est quod voluit D. Couar. in pract. q. cap. 38. num. 6. vers. etenim, & num. 12. vers. quod si dixeris, & in dicta linea semper querimus primogenitum. Primogenitus vero dicitur, qui descendit per ipsam lineam rectam ex primogenito, ut per Tiraquel. de iure primog. quest. 40. ex num. 34. cum sequens. vnde reliqui alij, ut fratres, & filij fratrum excluduntur omnino interim, dum reperiatur aliquis in linea recta, ut probant supra citati Dd. & Anchar. cons. 82. in fin. Corn. cons. 22. num. 17. l. 2. Bezoius in c. dilecti. p. 5. de arbitrar. i.

Octava regula complectens ceteras sumitur ex 58 lib. 2. tit. 15. p. 2. ibi, *Pero con todo esso, y si que in finem ubi dicitur. Que los sabios antiguos tuuieron por derecho, que el señorío del Reyno no lo ouiese sino el hijo mayor después de la muerte de su padre, y esto vsaron siempre en todas las tierras del mundo, doquier que el señorío tuuieron por linage, e mayor mente en España, e por, e vsar muchas males que acacieron, e podrian ser fechos, pusteror que el señorío del Reyno se redalassen siempre aquellos que viniesen por la linea derecha. e por ende establecieron, que si su varon y no ouiese, la fua mayor heredasse el Reyno, e aun mandaron, que si el hijo, varon muriese antes de heredasse, si dexasse hijo, o siya que ouiese, e de su muger legitima, que aquel o quella lo ouiese, no otro ninguno. Pero si todos estos fuesse, se, deue heredar el Reyno el mas propinguo pariente que ouiese, siendo home para ello, no auiedo fecho cosa porque lo deniese perder: onde todas estas cosas es el pueblo tenido de guardar, e cada vna qui sa no pogria el Reyser cumplidamente guardado, si ellos assino guardassen el Reyno.*

Quamuis tamen hæc lex loquitur in successione 59 Regni, ipsius tamen dispositio locum habet & seruanda erit in successione alterius cuiuscunque maioratus particularis Hispaniæ, quia non licet membra à capite diducere, ut in cap. cum non liceat, de prescrip. & in propriis terminis ita tenent Abb. dict. consil. 85. num. 3. & 6. lib. 1. Paul. Castren. dict. cons. 164. num. 1. & 2. lib. 2. Bolognini. consil. 62. colum. 2. & 5. vers. secundo principatiter, Decius cons. 389. v. l. longa, num. 7. Menochius cons. 104. proposita, num. 9. in fin. lib. 1. Beccius cons. 101. num. 9. lib. 1. Castellus & Cifuentes in leg. 40. Taur. ubi expressius Palat. Rubens num. 3. & Anton. Gomez num. 11. & 12. & 69. in fin. Didac. Couarr. lib. 3. variar. resolutionum, cap. 5. num. 5. Burgos do Paz in proemio legum Taur. num. 69. Petrus Duennas in regul. 316. Gregor. Lopez in dict. lib. 2. tit. 15. part. 2. in gloss. se dez esse, & in lib. 3. tit. 13. part. 6. in gloss. mugeres, colum. 2. vers. de more Hispaniæ, & Doct. Peralta in rubric. ff. de hered. instituend. num. 122. & in l. 3. §. qui fideicommissum, num. 120. eodem tit. Simanc. de primogen. Hispan. lib. 1. cap. 22. & 23. Anton. de Padill. in rubric. C. de fideicommissis, num. 6. D. Molin. plures alios allegans de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 3. num. 5. ubi quod est verum, atque in forensibus controuersis communiter obseruari solitum: & in num. sequentibus. ex hoc colligit duodecim æquiperationes & similitudines in proposito, quæ dantur inter Regnum & ceteros maioratus Hispaniæ: quod deducit ex dict. l. partite, dum dicit: *T esto vsaron siempre en todas las tierras del mundo, do quier que el señorío ouieron por linage.*

Nona regula est, Quod quidquid sit de iure com- 60 muni,

muni, semper obseruatum fuit in his Regnis Hispaniæ, ut in successione maioratus nepos ex filio maiori præmortuo præferatur filio secundogenito, prout tradit Abb. d. cons. 85. n. 5. lib. 1. Paul. Cast. dict. cons. 164. num. 10. lib. 2. Barb. cons. 10. n. 1. & 2. lib. 2. Card. Alex. in cap. 1. num. 12. in fi. de feud. March. Socin. cons. 52. n. 10. & 11. lib. 2. & in suo cons. feudorum, post tit. quis & a quo appellatur num. 30. Bolognini. d. cons. 62. col. 7. Cast. in gl. 1. in prin. super leg. 40. Tan. dicens, quod ante tempora Paul. de Cast. consuetudine antiqua introductum fuerat, quod in successione maioratus nepos patris præferendus esset, & ante conditas leges Tau. & ita affirmat obseruatum fuisse de consuetudine Hispan. Montal. in leg. 1. tit. 3. lib. 2. for. in gl. super verbo, su hijo, col. 8. in fin. vers. sed circa hanc materiam. Eandem consuetudinem Hispaniæ retulit etiam Tiraq. de iure primog. quest. 40. num. 12. Dec. in cons. 397. num. 6. in fin. Doct. Molin. lib. 3. cap. 6. num. 26. & 27. & probatur ex d. lib. 2. tit. 15. p. 2. ibi *E esto vsaron siempre en todas las tierras del mundo, e mayormente en España, e por, e vsar muchas males que acacieron, e podrian ser fechos, pusteror que el señorío del Reyno se redalassen siempre aquellos que viniesen por la linea derecha. e por ende establecieron, que si su varon y no ouiese, la fua mayor heredasse el Reyno, e aun mandaron, que si el hijo, varon muriese antes de heredasse, si dexasse hijo, o siya que ouiese, e de su muger legitima, que aquel o quella lo ouiese, no otro ninguno. Pero si todos estos fuesse, se, deue heredar el Reyno el mas propinguo pariente que ouiese, siendo home para ello, no auiedo fecho cosa porque lo deniese perder: onde todas estas cosas es el pueblo tenido de guardar, e cada vna qui sa no pogria el Reyser cumplidamente guardado, si ellos assino guardassen el Reyno.*

61 *tierras del mundo, e mayormente en España, e por, e vsar muchas males que acacieron, e podrian ser fechos, pusteror que el señorío del Reyno se redalassen siempre aquellos que viniesen por la linea derecha. e por ende establecieron, que si su varon y no ouiese, la fua mayor heredasse el Reyno, e aun mandaron, que si el hijo, varon muriese antes de heredasse, si dexasse hijo, o siya que ouiese, e de su muger legitima, que aquel o quella lo ouiese, no otro ninguno. Pero si todos estos fuesse, se, deue heredar el Reyno el mas propinguo pariente que ouiese, siendo home para ello, no auiedo fecho cosa porque lo deniese perder: onde todas estas cosas es el pueblo tenido de guardar, e cada vna qui sa no pogria el Reyser cumplidamente guardado, si ellos assino guardassen el Reyno.*

62 *num. 27. fol. 7. enim consuetudo in successione tribuit, ut traditur præcitati Dd. & notat Oldr. cons. 44. col. 2. Ioan. And. in regul. sine culpa, q. fin. lib. 6. Hostiens. Card. & alij in cap. licet, de voto. Bald. cons. 389. & 360. & 365. lib. 2. Alex. cons. 87. num. 3. lib. 6. Rub. cons. 132. col. 1. Roland. à Vall. cons. 2. num. 15. & cons. 42. num. 22. lib. 1. Suar. in l. quoniam in prioribus, 10 ampliat. num. 12. cum sequens. C. de inoffe. testam. & in fortioribus terminis tradunt multi citati per Tiraquel. de primogen. q. 16. num. 4. cum seqq. probat lex 41. Taur. & quod dict. leg. 2. tit. 15. part. 2. procedat in specie, de qua loquimur, non solum in Regni successione, sed etiam in omnibus bonis, que iure languinis & primogenituræ deferuntur, & sic in omnibus maioratibus particularibus Hispaniæ, constat ex eadem lege in pluribus eius partibus, prout eam optime & late in hoc expendit D. Molin. d. lib. 3. cap. 6. num. 4. cum sequentibus, ubi n. 7. vers. quod etiam, allegat plurimos auctores id ita tenentes in specie aduersus Emanu. Cost. aliud existimantem pluribus fundamentis, in quest. patris & nepotis, pag. 165. & iterum pag. 178. quibus ipse Molina ibidem, & num. seqq. optime satisfacit, idem prius ut breuius tamen probauerat, idem Molina lib. 1. cap. 3. num. 10. Tandem regula hæc nostra 9. & supradicta omnia ad tollendum omne dubium expresse hodie approbantur in l. 40. Taur. quæ est l. 5. tit. 7. lib. 5. Noue Collect. Regiæ.*

Sed & aliæ plures regulæ vtilis in materia successionei maioratum desumi possunt ex nostris scriptoribus. quas hic omitto, ne totam materiam maioratum vno capite comprehendam atque diderem, que vel vnum istum librum facile completere posset, si cum suis deductionibus atque dubiis, quæ in maioratum successione in praxi contigerint, & ideo eas retuli, ne absque aliquo fructu præsentis superiora scripserim.

git est causa finalis: sicut nec illa; Hoc remouit, ipse non ageret istum actum; Ergo hoc est causa finalis actus.

4 *Symonia est, seruire principaliter prelati, sicut conseruendi ab eo beneficiis Ecclesiasticis, deficienter etiam expressa patione.*

5 *Conferens alicui beneficiis Ecclesiasticum, ea mente, ut per hoc liberetur ab obligatione, qua ad antydaram tenebatur, an symoniam committat.*

6 *Mutans an possit deducere in pactum obligationem antydaram, qua capiens mutuum tenetur simile beneficiis exhibere.*

7 *Mutans principaliter ob amicitiam, quamvis secundario ob spem aliquid ultra sortem à debito dandum accipiendi, non committit vsuram*

8 *Clericus, qui principaliter ob lucrandas distributiones quotidianas præsentis est diuini officii, peccat & symoniam committit.*

9 *Distributiones quotidianæ, ad quæ propria natura in Ecclesiis instituta sūt.*

10 *Clericus volens petiti diuini officii interesse in festiuitatibus diebus, propter maius lucrum quam in aliis, si hoc principaliter faciat ob cultum diuinum, non peccat.*

11 *Distributiones quotidianæ ubi non sunt adeo tenes, ut verisimiliter negligantur, non potest ordinarius eas augere.*

12 *Distributiones quotidianæ non dantur in absentia, etiam studentibus Theologicis.*

13 *Præiudicium à Summo Pontifice ut fructus beneficii in absentia recipiat, ac si præsentis esset, non ideo potest distributiones quotidianas habere.*

14 *Falsitas aut desectus causa an & quando vitiet rescriptum seu gratiam & privilegium Principis? & num. sequent.*

15 *Causa ea proprie dicitur, quæ finalis est, impulsiva naturam causa abusiva & impropria est.*

16 *Causa finalis est fons causarum, & præsumitur finalis illa, quæ secundum iuris ordinem debet esse finalis.*

17 *Causa finalis substantia appellatur & forma.*

18 *Causa finalis est primus principium intentionis, licet sit vltimum exsequutionis.*

19 *Falsitas apud sapientes optima habenda, & ea prima præcipuaque causarum atque potentissima est &c. ut hic.*

20 *Ex ratione finali tantum potest argumentum eliciri, vel extensio, non tamen ex impulsiva.*

21 *Falsitas aut subreptio cause impulsiva, quæ non leniter Principem mouisset ad concedendum, sed distillio rem eum redderet, licet adhuc precib. ammisisset, aut vitiet concessionem Principis, necne? & n. seqq.*

22 *Tex. in c. postulasti, de rescriptis, procedit non solum in beneficiis, sed etiam in ceteris omnibus gratis & in privilegiis.*

23 *Non sufficit quod in genere fiat expressio, ut impetratio saluetur à subreptione.*

24 *Non sufficit generaliter exprimi factum, nisi exprimat modum.*

25 *Taciturnitas eius, quo expresso adhuc gratia beneficii concederetur, gratiam vitiat.*

26 *Illa subreptionem inducunt, vel ratione iuris tertij, vel ob ius commune mouere possent Principem ad non concedendum.*

27 *Mentione non facta omnium, quæ Principem retardare potuissent ad concedendum rescriptum, nullum & inualidum redditur, & quomodo hic intelligatur, num. 29.*

28 *Gratia non vitiat, si causa impulsiva à principio fuit vera, licet postea cesset.*

29 *Subreptio causa impulsiva non vitiat gratiam.*

S V M M A R I V M.

- 1 *Causa finalis, quæ sit.*
- 2 *Causa impulsiva, quæ sit.*
- 3 *Consequentiæ necessaria non est. Hoc non contingente, aut hic non fieret; Igitur hoc, quod modo comin-*